praerogativa quavis, omnibusque et singulis Inscriptionis praefatae originalis obligatoriae et subsequentis Cessionariae conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vallis, ligamentis ac nexibus universis, summae suprascriptae ac bonorum summa eadem oneratorum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijs et pertinentijs generaliter universis. Nihil ex praemissis Juris Dominijque privati ac cuiusvis competentiae pro se Regnique suis successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum per praemissa omnia ut Recognoscens quaerebant sibique serviebant, tam ex nunc et de facto eidem Generoso Joanni Casimiro Grabia, Subdapifero Lomzensi, eiusque Posteris cessit et renuncavit per cessit et renunciavit praesentibus. In quod quidem Jus Cessionis ac bona Jure eodem et summa suprascripta onerata pro parte abscessa tam ex nunc eadem Recognoscens praefato Cessionario suo eiusque posteris coram officio praesenti cedat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem, et Nobiles duos die quacunque voluerit officiose accipiat. Per ipsum Cessionarium suum eiusque Posteros haec eadem bona, ac Jus praesentis Cessionis summamque condescensionis cum omni Jure Dominio et utilitatibus tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque successorum quosvis bene placitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, Juris originalis latius omnia in se complectentis praesentisque Cessionis et transfusionis Vigore.

Grabia Fratri suo Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Joannes Casimirus Grabia, Subdapifer Lomzensis, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Jurisdictionibus suisque quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia

ipse

ipse summam Quatuordecim Millium florenorum polon. ex summa
originali Viginti Quatuor Millium Floren. polon. per Gnosum Franciscum
Carolum Korniakt, in bonis Villarum Onechowce et Dunkowce modo
obligatorio olim Gnoso Joanni Grabia Subiudici Terrae Praemisliensis Pa-
renti sui Recognoscentis inscriptae seque Recognoscentis Iure naturali erga alios
fratres concernens de manibus Gnosi Joannis Grabia fratris sui Recogn.
petit et realiter levavit, De qua summa Quatuordecim Millium flo-
renorum polon. per manus praedicti Gnosi Joannis Grabia fratris sui re-
aliter et effective sibi persoluta eundem Gnosum fratrem suum quietat
omneque et integrum Ius suum tam ad summam praefatam Viginti qua-
tuor Millium florenorum polon. quam et bona recensita Villarum One-
chowce et Dunkowce summa eadem onerata, sibi Recognoscenti compe-
tens in personam eiusdem Gnosi Joannis Grabia fratris sui transfert
transfundit et incorporat plenarie, In quod quidem Ius praesens cessi
summam ac bona summa suprascripta Quatuordecim Millium flo-
renorum polon. ac Iure per praesens abscesso onerata, praemissaque omnia prae-
sentibus transfusa, Iam ex nunc et de facto idem Recognoscens suprascripto ces-
sionario suo, eiusque posteris coram Officio praesenti dat et admittit re-
alem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem, per Minis-
terialem quemcunque competentem et Nobiles duos, die quacunque voluerit offi-
ciose accipiendam. Per ipsum Gnosum Grabia fratrem et Cessionarium su-
um, eiusque posteros, hoc idem Ius praesens cessum, summam ac bona
summa eadem onerata, praemissaque omnia praesentibus cessa, cum uni-
versis eorum utilitatibus et usufructibus, competentiis et pertinentiis
quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice usufru-
endi; ac ad suos suorumque successorum, quorsus beneplacitos usufructus
libere et effectualiter convertendi praefati Iuris originalis ea omnia clarius
in se complectentis praesenti cessi et transfusi vigore. Debebitque et te-
nebitur Memoratus Recognoscens Gnosus Joannes Casimirus Grabia
Subdapifer Lomzensis pro se ac suos Successores inter super bonis su-
is generaliter omnibus, summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis

Gnosum

prænominato Nobili Ioanni Rabi [?] et Cessionariis suo inscribitur obli
gat præsentibus, ipsum et eius Successores in dicto iure Cesso sa[?]ma
et Bonis Summa eadem abstrcta onerati, præmissisque omnibus præsentibus
transfusis, et ratione cumque omnium, ab omni et quavis impetitione
Juridica quarumcunque personarum cuiuscunque Conditionis, Status et Lexg
cuiusvis existentium ex re persona et occasione sui Recognoscentis
Suorumque successorum, Iurisque per præsentes cessi et transfusi tantum
modo et non ultra exorienda, in omni Iudicio et Officio Regni, semper
tamen quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere et =
eliberare, indemnemque cum posteris reddere, nec non hoc idem
Ius Cessum, Summam ac bona Summa eadem onerata, præmissaque
omnia præsentibus transfusa ab omnibus in genere Iuribus, et Inscri
ptionibus prioribus et posterioribus super eadem præmissa omnia præ
sentibus abstracta cuiusvis personarum, modo quovis, eidem ex re perso-
na, et occasione sui Recognoscentis, Suorumque successorum, atque Iuris præ
sentis Cessi, tantummodo et non ultra factis et faciendis, item etiam
a quibusvis Citationibus, super eadem præmissa omnia præsentibus abstces-
sa importatis et importandis, Luitis denique et Perlucris, Processibusque
Iuris quibusvis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in
quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super præ
missis omnibus præsentibus transfusis, eidem ex re persona et occa
sione sui Recognoscentis, suorumque successorum, et Iuris per præsentes
transfusi, tantummodo et non ultra perductis et perducendis emundare et
eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem
præfatam coram Officio præsenti admissam, in fundo bonorum præfatorum
summa saepefata præsentibus transfusa oneratorum, dum per Illu-
strem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo debebit
et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admis-
sa eadem Possessionem et usumfructum præmissorum omnium præsentibus trans
fusorum, quovis modo tam per se quam per suas submissas et subor
dinatas

dinatas personas non praepedire nec adimere, Ipsumque Cessionarium suum et ipsius posteros in praemissis omnibus praesentibus transfusis nullo modo inuiari, ita ut hoc idem Ius Cessum Summam Suprascriptam bonaque summa transfusa et Iure eiusdem onerata, praemissaque omnia pertinentes condescensa, cum universis eorum utilitatibus et usufructibus Competentiisque et praerogativa quavis, quiete et pacifice Inscriptiones Cessionariis Vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque uti frui possit, Idque sub Vadio Summae Quatuordecem Millium florenorum polon., per eundem Recognoscentem sive eius posteros, Suprascripto Generoso Ioanni Grabia, fratri et Cessionario suo, aut eius posteris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit, ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum succumbendo, ac re aliqua principali ex praemissis non completa complendo Citatus existens Memoratus Regni Generosus Ioannes Casimirus Grabia Subdapifer Lomzensis cum suis posteris ad Instantiam Suprascripti Generosi Ioannis Grabia fratris et Cessionarii sui aut illius successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare sui parere respondere, Vadium praedictum luere Inscriptioni huic satis facere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat plene. illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios, vera Infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum Captione intra vel extra Regnum Servitio militari, ad munimenta ad Evictionem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castrensis Praemisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis exceptionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ac praemissa omnia mediante.

Grabia alteri scriptum Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Ioannes Grabia sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice

ac per-